

DE SCHOLIS ET TYPOGRAPHIS. Fo. XLII.

Olim conciliari constitutione cautum est, ut non solum apud quamlibet cathedralem ecclesiam, sed & apud alias nimirum collegias, quarum sufficere poterunt facultates, constituantur magister idoneus qui clericos earumdem ecclesiarum doceat & instituat. Apud metropolim autem theologū haberi præceptum est, qui sacerdotes ac quoscunq; alios in sacris literis doceat. Et in his præsertim instituat, quæ ad curā animarum pertinere dinoſuntur. Vīsum etiam Concilio fuit, ut singulis magistris viñius præbendæ prouentus tantisper quoad in docendo perſtiterint, assignetur. Cuius quidē saluberrimæ cōstitutionis vix vestigia quædā apud eiusmodi ecclesias reliqua viderimus. Nā vt scholas ipsas reperias, didascalū tamen vix vīlum eruditū ac piū repereris, q̄ nihil pene ſtipendiū (ne dicamus viñius p̄bendæ prouētus) illi ſuppeditetur, qđ emēdatione magna indiget. Necq; enī hæc res leuis momenti est, a qua totius propemodū reipub. tum ſalus, tu pernites depeñet.

Qui huic viro vīctum ſuppeditabunt. Cap. III.

Cvrandum itaque, ut singula Collegia ludos literarios diligenter insti-
tuant, eisq; de idoneis ludimagistris ac ſumptibus proſpiciant, vbi Col-
legia non ſunt, ſenatus & reſpublica idem curet.

Quemadmodū Academie instaurari ac ſtudia ali poſſint. Cap. V.

Academias seu Vniuersitates publicas per hanc hærelum colluuiem mi-
ſere perire cernimus, quas instaurari maxime in votis eſt. Id fieri poſſe
nobis videtur, ſi modus aliquis inueniatur, quo pauperibus ſcholaſticis ex
eccleſiaſticis ſtipendijs aliquid poſſit decidī. Clericos enim illos conuenit ec-
cleſiaſticis ſtipendijs ſuſtentari, quibus parentum & propinquorum nulla
bona ſuſfragantur. Quo insuper professoribus atque hiſ, qui in bonis lite-
ris, optimis quibusque diſciplinis, ac in primis Theologæ ſtudijs multum
proſecifent, ſpes p̄mij fieret. Nam ſpes alit artes.

Pium votum ad ſtudia ſubleuanda. Cap. VI.

Et quanquā hic articulus a ſummo pontifice potiſſimū pendere videat, Conciil.
Etamen quod in nobis eſt, cuperemus omnes ordinarios collatores, p̄ſer-
tim parochialium eccleſiarum, huc induci poſſe, vt academie potestatem fa-
cerent, ſignificandi ſubinde iplis viros literatos ad regendum eccleſias eius-
modi idoneos, quos ipli collatores quibuscumque alijs non idoneis præ-
ferrent, ac parochijs quum vacarent, præſicere non diſſerent, modo tamen
personaliter residere non detrectaret. Qz ſi idem apud collegias eccleſias
(qui mense ordinario canonicatus & præbendas confeſſūt) obtineri poſſit,
non dubium id plerisque, ad ſtudia capiſſenda calcar fore non exiguum.

Decretalem Honorij tertij, quoad eius fieri poſteſt, reno-
uari aequum eſſe. Cap. VII.

Iij Præter-